



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

64. De Fratribvs Qvi Per Diversas prouincias proficiscuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259

neantur, saluâ tamen autoritate Regulæ.

64. DE FRATRIBVS QVI PER DIVER-
sas prouincias proficiscuntur.

Fratres verò qui per diuersas prouincias diriguntur, Regulam, in quantû vires expetût, seruare in cibo & potu & cæteris studeant, & irreprehensibiliter viuant, vt ab his, qui foris sunt, bonum testimoniû habeant. religionis propositum nec verbo nec actu poluant, sed maximè omnibus, quibus se coniûxerint, sapientiæ & bonorum operum exemplum & condimentum præbeant. Apud quem hospitari decreuerint, fama optima sit decoratus, & si fieri potest, domus hospitis in illa nocte non careat lumine, ne tenebrosus hostis occisionem, quod absit, inferat. vbi autem milites non excommunicatos cõgregare audierint, illuc pergere, nõ considerantes tam temporalem vtilitatem quàm æternam animarum illorum salutem, dicimus. Illis autem fratribus in Ultramarinis partibus spe subuectionis ita directis, hac conuentione eos qui militari Ordini se iungere perenniter voluerint, recipere collaudamus, vt in præsentia Episcopi illius prouinciæ vterque conueniant, & voluntatem petentis Præsul audiat: audita itaque petitione, mittat eum frater ad Magistrum & ad fratres, qui sunt in templo, quod est in Ierusalem, & si vita eius est honesta, taliq̃ consortio digna,

digna misericorditer suscipiatur, si Magistro & fratribus bonum videtur. Si verò interim obierit, pro labore & fatigatione, quasi vni ex fratribus, totum beneficium & fraternitas pauperum & commilitonum Christi ei impendatur.

VT VICTVS AEQUALITER

omnibus distribuatur.

65.

Illud quoque congruè & rationabiliter manutenendum censemus, vt omnibus fratribus remanentibus victus secundum loci facultatem æqualiter tribuatur. non enim est utilis personarum acceptio, sed infirmitatum necessaria est consideratio.

VT MILITES TEMPLI DECIMAS

habeant.

66.

Credimus namque relictis affluentibus diuitijs vos spontaneæ paupertati esse subiectos, vnde decimas vobis communi vita viventibus iustè habere hoc modo demonstrauimus: Si Episcopus Ecclesiæ, cui decima iure debetur, vobis charitatiuè eâ dare voluerit, assensu cõmunis Capituli de illis decimis, quas tunc Ecclesia possidere videtur, vobis tribuere debet. Si autem laicus quilibet adhuc illam vel ex patrimonio suo damnabiliter amplectitur, & se ipsum in hoc valdè redarguens, vobis eandem reliquerit, ad
nutum